



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De quodam episcopo qui alterius episcopi clericum eo nolente
ordinauerat. xli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

MAC.
I.
ad vll
i sunt,
ZXXV.
1 ordin
it, depo
prodid
le-
lilectio
m seu
episcop
nia, act
nt & cu
. Si en
iquo fi
ur. Va
deoq;
n.
l clerus
inter
ngelial
funt su
num no
enitem
ut pro
m pcc
saltari
c. cōditi
as admi

DE ORDIN. ECCLE. DECR. LIB. I. 55

*Vt nullus episcopus alterius parochianum retinere
præsumat.* Cap. XXXIX.

Nullus episcopus alterius parochianū præsumat retinere aut ordinare absque eius voluntate, vel iudicare: *Ex decr.* Adria. quia sicut irrita erit eius ordinatio, ita & diiudicatio, quo- *pap. c. 15* niā censemus nullū alterius iudicis, nisi sui sententia teneri. Nāj qui eū ordinare nō potuit, nec iudicare vllaten' potest.

Vt ab alieno episcopo ordinatus in clero non maneat.

Caput XL.

Ordinatus clericus ab alio episcopo non deprecante *Ex cōcil.* vel consentiente suo, in clero non maneat. *Mogūti.* *De quodam episcopo qui alterius episcopi clericum eo cap. 4.* nolente ordinauerat. Cap. XL I.

Epigonius episcopus dixit: In multis conciliis hoc statutum est, etiam nunc hoc confirmandum est à vestra *Africa.* prudentia fratres beatissimi, vt clericum alienum nullus *cap. 42.* sibi præripiat episcopus, præter eius arbitrium cuius fuerit clericus. Dico autem Julianum, qui ingratus est Dei beneficiis per meam paruitatem in se collatis, ita temerarium & audacem extitisse, vt eum qui à me baptizatus est, quem esset puer elegantissimus, mihi ab eodem commendatus, quūq; multis annis à me aleretur, atq; incresceret, hunc, vt dixi, baptizatum esse in Ecclesia mea per manū paruitatis meae constat: idem in diœcesi Mepalensi lector esse cœperat, imò annis fermè duobus legerat, nam nescio quo contemptu immanissimo idem Julianus cum arripuit, quem dicitur quasi propriū ciuem sui loci Vazaritani me inconsulto usurpare. Nam & diaconem illum ordinauit. Hoc si liceat, pateat hæc licentia à vobis beatissimi fratres. Sin minus tam impudens cohabeatur, ne se misceat communioni cuiusquam. Numidius episcopus dixit: Si non postulata nego que consulta tua dignatione id videtur fecisse Julianus, iudicamus omnes iniquè factum, atque indigna. Quapropter nisi idem Julianus correxerit errorem suum, & cum satisfactiōne eundem clericum, quem fuerat ausus ordinare, reuo cauerit tuæ plebi, contra statuta concilij faciens, contumaciae suæ separatus à nobis excipiet iudicium. Epigonius episcopus dixit: Aerate pater, & ipsa promotione antiquissimus, vir laudabilis, frater & collega noster Victor, vulc hanc petitionem generalem omnibus effici.